



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 135. Scriptorum religione Catholicorum decessus, eorumque scripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII. tio decidit, quod Episcopus possit cen-
 A. C. 1701. furas infligere reuuentibus in uisitatione
 exhibere libros, legata, fundationes
 &c. respondit quoque S. Rituum Con-
 gregatio die decima Septembris, quod
 si Ecclesia Cathedralis non habeat
 usum Cappæ & Rocchetti, idem usus
 non debeat concedi Ecclesiæ Collegia-
 tæ, quia incongruum est, quod Col-
 legiata nobiliori habitu suam Cathed-
 ralem antecellat: declaravit quoque
 eadem Congregatio die prima Octobris,
 quod Episcopus accedens ad Ecclesiam
 Regularem, accepto asperforio e mani-
 bus Abbatis valeat non modo populum,
 sed & Abbatem, ejusque Canonicos
 benedicere, dummodo incedat in ha-
 bitu Prælatitio.

§. CXXXV.

*Scriptorum religione Catholicorum
decessus, eorumque scripta.*

*Niceron de
 Vir. erud.
 vol. 21.
 p. 241.*

Ex Scriptoribus Catholicis hoc anno
 denatis celebriores sunt. I. Urba-
 nus Chevreau qui scripsit *considerationes*
fortuitas, Scholam sapientis, seu cha-
acterem virtutum & vitiorum, imagi-
nem fortunæ, Historiam mundi, cujus
tertia editio Anno 1717. facta est lo-
cupletior, magisque correctâ, miscel-
lanea,

lanea, Chevræana & plurimas episto- Sæc. XVII.
 las. II. Ulricus Obrecht, qui evomito A. C. 1701.
 Lutheri veneno religionem Catholicam
 amplexatus edidit tractatus de vexillo
 Imperiali, & de reservato Ecclesiastico,
 Sacra Termini, dissertationes de ra-
 tione belli, sponse pacis, censu Au-
 gusti, abdicatione Caroli V. Imperato-
 ris, de Clenodiis S. Rom. Imperii, de
 legione fulminatrice Marci Antonini
 Imp. &c. Alsaticarum rerum Prodrom-
 um, Severinum de Monzambana il-
 lustratum, Apparatum Juris publici
 & Historiæ Germanicæ præter alia
 quamplurima valde utilia. III. Joan-
 nes Boursanes scripsit multa oppido
 curiosa, inter quæ celebratur ejusdem
 Æsopus Aulicus, & studia Principum.
 IV. Gottfrid de Buckisch, qui a Lu-
 theri secta ad Catholicorum castra tran-
 siens, scripsit prologomena ad Silesiti-
 cæ Ecclesiæ Historiam, Silesitica Re-
 ligionis acta nondum tamen typis e-
 dita, Historiam Genealogicam Pala-
 tino - Neoburgico - Bavaricam, & dis-
 sertationem de Regis Romanorum e-
 lectione & coronatione. V. Natalis
 Antonius Jesuita elucubravit gloriam
 Sacerdotii, septem fontes Salvatoris,
 gladium doloris Reginae Martyrum,
 Liliam inter spinas, atrium domus æ-
 ternitatis, amores Eucharisticos, tra-

Sæc. XVII. **A. C. 1701** statum de cælesti conversatione in terris a Religioso Viro instituenda, præter alia quamplurima opuscula ascetica, quibus pro more illius ævi Symbolicos præfixit titulos, ex quorum tamen hædera an vinum vel acetum vendatur, sæpe dignosci haud potest. VI. Joannes ab Annuntiatione Carmelitarum Excalceatorum Præpositus, Generalis scripsit præter Cursum Philosophicum etiam Theologicum seu tractatus de gratia habituali & actuali, de justificatione & merito, de fide, spe, Charitate, & de Statu Religioso, de Incarnatione, de Sacramentis in communi, de Eucharistia & Pœnitentia, necnon Epistolas duas Pastorales oppido eruditas, monita ad Religiosos, & promptuarium Carmelitanum, præter apologiam noctis Palafoxianæ.

§. CXXXVI.

Quidam Scriptores A catholici hoc anno defuncti, eorum lucubrationes.

Niceron t. 8. pag. 317. **N**ec hoc anno mors A catholicorum literatis pepercit, quorum præcipui sunt. I. Henricus Basnage, qui tolerantiam religionum, Historiam operum literatorum, examen doctrinæ Jurisæi, epistolam Franciæ fidelium ad Ju-